DE PROSODIA LIBELLUS:

AUTHORE

G. BUCHANANO SCOTO.

EDINBURGI,

Ex officinâ Societatis Stationariorum,
Anno Dom. 1660.

TYPOGRAPHUS
LECTORI.

HAbes, Lector, breviter & perſpicuè expoſita, quæ G. Buchananus *tyronibus ad Poëtices rudimenta cenſuit neceſſaria. Ille enim non doctrinâ modò, ſed judicio vir incomparabili, nullam hinc ingenii laudem (quam ex aliis ſcriptis literatorum omnium judicio ſatis amplam conſequutus eſt) affectare voluit: verùm ad captum puerorum, quibus ſolis hæc ſcripta ſunt, ſe totum accommodavit. Quod ſi tanto viro per occupationes & graviora ſtudia licuiſſet reliquas Grammaticæ partes, pari facilitate ſtrictim percurriſſe, Deus bone, quanta inde utilitas ſtudioſæ juventuti acceſſiſſet! Vale.*

DE

DE PROSODIA. LIBELLUS.

Veteres Latini septemdecim Characteribus Literarum erant contenti *a b c d e f g i l m n o p r ſ t u.*

Adjecta est *h*, quæ formam literæ, vim aspirationis haberet.

X Y & *Z*, peregrinæ sunt, *Q* & *K* non necessariæ. Nam *C Q* & *K* eundem sonum reddunt. *X* ad pingendi modum compendium facit, pro *cs* vel *gs*: ut pro *necs* & *legs*, scribatur *nex* & *lex*.

Y, ad sonum Græcarum vocum exprimendum est necessaria.

Loco του *z* veteres duplex *ſſ*, scribebant: pro *Patrizo*, *Patriſſo*.

Dividuntur literæ in vocales & consonantes.

[*a*]
[*e*]
[*i*]
[*o*]
[*u*]

Consonantes { b c d f g l m n p r s t }

Dividuntur Consonantes in mutas & liquidas.

Mutæ { b c d f g p t } Liquidæ { l m n r }

Ad Vocales adjiciunt Y Græcum, medium inter *i* & *u*, Nam ὐ Latinum respondet ου Græcorum diphthongo.

Vocales autem sunt dictæ quod singulæ per se syllabam & sonum perfectum faciant: ut, *Eoa*, *Io*, *urit*.

Consonantes, quod perfectum sonum, nisi cum alio junctæ, non edant.

Mutæ

Mutæ Vocantur, quod earum ſonus obtuſius, quàm aliarum conſonantium, ferat aures.

Liquidæ autem, quod ſubjectæ Mutis curſum orationis minus remorentur: & vocalem brevem præcedentem non neceſſariò faciant longam.

Liquidæ etiam dici poſſunt, qua ratione liquidam vocem dicimus: quod earum frequentiâ orationem non modo minus languidam, quam mutæ: ſed etiam grandiorem & ſonantiorem reddant: ut,

Rauco ſtrepuerunt cornua cantu.
Pompeiana reum clauſerunt ſigna Milonem Virg. Lucan.

Quam ob cauſam reor eaſdem etiam Semivocales appellatas, quaſi medio inter mutas & vocales ſono.

Duæ vocales, quoties in unam ſyllabam coaleſcunt, diphthongum efficiunt: ut *æs*, *Eurus*, *aula*, *fœtus*, Eſt enim diphthongus duarum vocalium in una ſyllaba ſonus.

In hac tamen vocalium conjunctione *j* & *v*, ambiguam vim habent: nam cum prior in vocalem ſequentem incumbit, vim conſonantis induit; ut, in *Juno*, *Venus*, *Jovis*.

I autem inter duas Vocales interjecta, pro duplici conſonante accipitur, ut in *ajo* & *ejus*.

Sunt & aliæ duæ duplices, *x* & *z*: de quibus ſuperius eſt dictum.

Ut è literis syllabæ, ita è syllabis pedes, è pedibus fiunt versus.

Hic ordo naturæ poscere videtur, ut primum de syllabis, mox de pedibus, ac ultimo loco de versu dicatur: verùm ordo resolutionis hoc loco mihi videtur commodior quàm compositionis. Quare à versu incipientes, cum in sua membra resolvemus. Versus inde dictus videtur, quod cum cursus orationis ad certum numerum syllabarum venerit, iterum alium ordimur: ut,

Optima quæque dies miseris mortalibus ævi
Prima fugit ——

Is ex pedibus componitur sic,

– ∪ ∪ | – ∪ ∪ | – ∪ ∪ | – – | – ∪ ∪ | – –

Optima | quæque | dies | miseris | mortalibus | ævi

Hanc dimensionem versuum per pedes vulgo scansionem appellant: eamque commodè, ad captum puerorum, in sinistræ manus digitos collocant.

Genus versuum maximè vulgatum est, quod à materia Heroicum, à numero pedum Hexametrum dicunt.

Pedes unde versus componuntur dissyllabi sunt quatuor.

Pyrrhichius è duabus brevibus: ut *Deus* ∪ ∪
Spondæus è duabus longis: ut *Harpax* – –
Jambus è brevi & longa: ut *erunt* ∪ –
Chorëus è longa & brevi: ut *ardor* – ∪
Hunc postremum vulgò *Trochæum* vocant.

Trium ſyllabarum octo.

Tribrachys è tribus brevibus, ut *ruere* v v v
Molloſſus è tribus longis, ut *fecerunt*, - - -
Dactylus è longa & duabus brevibus, ut *omnibus* - v v
Anapæſtus ex duabus brevibus & longa, ut *homines* v v -
Bacchius è brevi & duabus longis, ut *Parentes* v - -
Antibacchius è duabus longis & brevi, ut *mentiris* - - v
Amphimacer è longa, brevi & longa, ut *ſordidi* - v -
Amphibrachys è brevi, longa & brevi: ut *amare*, v - v

CÆteri pedes Oratoribus, quàm poetis ſunt uſitatiores præter *Proceleuſmaticum* è quatuor brevibus, qui loco *Dactyli* vel *Anapæſti* interdum ponitur, & *Choriambum* ex *Choreo* & *Iambo* compoſitum, qui ſui generis carmen Choriambicum facit.

Animadvertendum non omnes pedes ſupra enumeratos in omnium carminum genera convenire, ſed alios aliis eſſe familiares. *Hexameter* verſus, qui & *Heroicus* vocatur recipit in quatuor primis locis *Dactylum*, vel *ſpondæum*, vel *ſolos* vel *mixtos*, quinto rarò *ſpondæum*, in ſexto rarò *dactylum*.

At tuba terribilem ſonitum taratantara dixit *Ennius.*
Lucantes ventos tempeſtateſque ſonoras, *Virg. 1 Eclo.*
Imperio premit ——

Muſa

Ovid. 13 Metam. *Musa mihi causas memora quo numine læso*
Virg. 2. geor. *Sylvestrem tenui musam, meditaris avenâ.*
Longus in angustum quâ clauditur Hellespontus
Inseritur vero ex fætu nucis arbutus horrida.
Et Steriles platani malos gessere valentes.

Observandæ sunt in versibus dimetiendis figuræ. Nam ultima superioris dictionis vocalis à primâ sequentis eliditur.

Ovid. 1. Fast. *Admovere oculis distantia sydera nostris.*

Item *m* cum sua vocali eliditur: ut

Ovid. 1. Fast. *Et mortem & nomen* Druso *Germania fecit*
Ætheraque ingenio supposuere suo.

Item in versu *Hypermetro*, qui una syllaba justo est longior, ultima vocalis versus; aut *m* cum sua vocali à prima vocali sequentis versus eliditur: ut

Vir. geor. *Aut dulcis musti Vulcano decoquit humorem*
Virg. 10 Æneid. *Et foliis undam tepidi despumat aheni.*
Sternitur infelix alieno vulnere cœlumque
Virg. 1. Æneid. *Adspicit & merito dulcis reminiscitur Argos.*

Item syllabæ plures in unam coalescunt: ut

Ovid. 6. Fast. *Unius ob noxam & furias* Ajacis Oilei,
Virg. 6. Æneid. *Notus amor* Phædræ *nota est injuria* Thesei
——*Quin protinus omnia*
Luc. lib. 4 *Perlegerent oculis.*
Lib. 2. Epig. *Quique fluat multo non deerit vulnere sanguis*
Unus sæpe tibi totus denarius arca,
Virg. 4. Geor. *Denariis tamen hanc non emo* Basse *tribus,*
Seu lento fuerint alvearia vimine texta.
Buch. in franciscano. *Dum Papa omnipotens Capitolii immobile saxum.*
Accolet imperiumque pater coleatu habebit

Est

Eſt præterea quædam licentia poëtica, non illa quidem penitus rejicienda, ut qua uſi ſunt Poëtæ doctiſſimi; ſed non permittenda tyronibus, donec ſint firmiori judicio, & ſcribendi exercitatione aliquam facultatem ſint conſequuti: Cujus generis ſunt hæc, quod vocalem aut diphthongum longam non elidunt, ſed ancipitem faciunt: ut

Inſulæ Jonio *in magno quas dira* Celeno, — *Harpiæque colunt aliæ.* Virg. 3. Æneid.

Victor apud rapidum Simoënta *ſub* Ilio *alto* Virg. 5. Æneid.

Tùne ille Æneas, quem Dardanio Anchiſæ. Virg. 1. Æneid.

Alma Venus *Phrygii genuit* Simoëntis *ad undam.*

O utinam tunc cum Lacedæmona claſſe petebat.

Obrutus inſanis eſſet adulter aquis. Ovid lib. Epiſt. ad Penelopen.

Te Corydon *ó* Alexi, *trahit ſua quemque voluptas.* Virg. 2. Eccloga.

Credimus? an qui amant, ipſi ſibi ſomnia fingunt. Virg. 8. Eccloga.

Aut cum ſyllaba ſolvitur in duas: ut *terrai frugiferai* pro *terræ, frugiferæ, Metieo, Suffetieo*, pro *Metio, Suffetio.* Fab. lib. 1 ex Enn.

Miſit infeſtas Troiæ ruinas.

Interim ſyllaba adjicitur: ut, Seneca in Juvenal. Lucr. lib. 1.

Romanus Graiuſque, ac Barbarus induperator

—*viamque indugredi ſceleris.*

Pro ingredi *Conſilio induforo* pro in foro. Enn. apud Gel. lib. 12. cap. 4

Interim in omnibus cæſuris, ſyllaba brevis Pro longa ponitur: ut

—*Pecudumque reclusis* Virg. 4. Æneid.

Pelle-

Virg. Eclo. 10. *Pectoribus inhians ſpirantia conſulit exta:*
Omnia vincit amor & nos cedamus amori.
Virg. 3. Æn. *Dona dehinc auro gravia, ſectoque elephanto.*
Vir. Ec. 6 *Ille latus niveum molli fultus Hyacintho.*

Hæc licentia videtur durior in aliis verſuum generibus.

Stat. ſyl. 4. *Fortis Heroïs, Erato labores differ.*

De ſyllabis.

SYllabæ accidunt tempora & toni, longa ſyllaba duo habet tempora, brevis unum, Tempus enim nihil aliud eſt, quàm mora in ſyllaba proferenda, quam Muſici vocis tractu aut inſtrumenti percuſſione, longiore vel breviore metiuntur.

Cognoſcitur autem ſyllabæ quantitas, aut exemplis, aut regulis, Exempla è Doctorum poëtarum ſcriptis petenda ſunt,

E regulis prima ſit hæc.

Vocalis etſi natura ſit brevis, tamen poſitione fit longa, ſequentibus eam aut duabus conſonantibus, aut una duplice, in eadem cum vocali ſyllaba: ut, *eſt*, *ſunt*, *nex*, *nox*, aut diverſis, ut *artis*, *partis*, *gaza*, *major*: aut in diverſis dictionibus, modò altera ſaltem conſonans adhæreat vocali.

Juven. ſat. 10. *Orandum eſt ut ſit mens ſana in corpore ſano.*

In hoc verſu, *ut*, *ſit*, *in*, ſyllabæ breves propter conſonantes ſequentes pro longis habentur.

A D-

ADMONITIO.

VOcalis natura brevis ſequente muta & liquida non eſt neceſſario longa: dicimus, *vv* *v-* enim *tenebræ*, & *tenebræ*. Ovid. Epiſt. Deianiræ.

v
Hercule ſuppoſito ſydera fulſit atlas. Virg. 8. Æn.
——*Electra Atlantide ereptus.*

SECUNDA REGULA.

VOcalis ante vocalem in Latinis dictionibus *v* eſt brevis, ut *Deus*.

Excipe *aër*: ut
——*Dum terra fretum terràmque levabit,*
Aër, & longi volvent Titana labores. Lucan. lib. 1.

Et *Dius*: ut
——*Ecce inter pocula quærunt.*
Romulidæ ſaturi, quid dia poëmata narrant. Perſ. Satyr. 1.
Fio cum non habet *r* primam habet longam, ut Martia. lib. 12
Dic mihi ſi fias tu leo qualis eris? Epig. 94
aliàs brevem: ut Ovid. 12 Metam.
Pars fieri potuiſſe negat.

Genitivi pronominum exeuntium in *ius*: item nomina ſimiliter declinata penultimam habent communem, præter *alterius*, quod penultimam ſemper habet brevem, & *alius* quod genitivi penultimam ſemper habet longam: ut,

Unius

Vir. 1 æn. *Unius ob noxam, & furias* Ajacis Oilei,
Vir. 2. æn. *Navibus (infandum) amissis unius ob iram.*
Virg. 6. Æneid. *Quæ regio* Anchisen, *quis habet locus? illius ergo*
Ovid. 1. Trist. *Venimus.*———
Eleg. 3. *Cùm subit illius tristissima noctis imago.*

Diana primam habet communem,
Item Genitivi & Dativi quintæ declinationis penultimam habent longam:

Lucan. lib. 1. *Non radii solis neque lucida tela diei,*
Discutiant———

Excipe *fidei, spei, rei,* quanquam in hoc *Lucretius Re* facit longam: ut

Genitivus primæ declinationis, cum diphthongus *e* in *ai* solvitur penultimam habet longam, ut

Virg. Ec. log. 2. *Aulai in medio libabant pocula Bacchi.*

Eheu primam habet longam: *ohe* commanem

Eheu quid volui misero mihi?

Mar. lib. 4. Epig. 9 - - - v v - v - v - v

Horat. Sat. 5. lib. 1. *Ohe jam satis est, ohe libelle.*
—*Huc appelle: trecentos inseris ohe,*
Jam satis est———

TERTIA REGULA.

DIphthongus omnis longa est: interim sequenti vocali fit brevis: ut,

Virg. 7. Æneid. *Stipitibus duris agitur, fudibusque præustis*
Ovid. 12. metam. *Raptaturque comis per vim nova nupta prehensis.*

QUARTA REGULA.

PRæterita dissyllaba priorem habent longam, ut,

Ut.

Ut vidi ut perii, ut me malus abſtulit error? *Virg. Eclo. 8.*

EXCIPE.

v v v v v v

Dedi, tuli, bibi, ſteti, ſcidi, fidi.

QUINTA REGULA.

SUpina diſſyllaba habent priorem longam ut,

Luſum it Maecenas, dormitum ego Virgilius-que. *Hora. lib. 1. Satyr. 5.*

EXCIPE.

v v v v v v

Datum, ſatum, ſtatum, ratum, itum, quitum, litum, citum, à *cieo, ſitum* à *ſino, rutum,* à *ruo* in compoſitis.

SEXTA REGULA.

Derivata naturam ſequuntur originis: ut

v v v v - -

Lego, legam, lege, legerem, legi, legeram,

- - - -

legerim, legiſſem, legero, legiſſe. *Mar. in Apo.*

EXCIPE.

v - v -

Lucerna, laterna, tegula, regula, cum paucis aliis, quæ uſus docebit.

Dux laterna viæ clauſis feror aurea flammis
Et tuta eſt gremio parva lucerna meo.

RE-

SEPTIMA REGULA.

PRæpoſitiones in compoſitione ſervant quantitatem quam ſeorſim habebant, ut *abeo, adamo, deduco, amoveo.*

EXCIPE.

Pro, in compoſitione interim brevis eſt: ut in *Profiteor*, *profugus*, *profugio*, *proficiſcor*, *procio*, *profari*, *procello*, *protervus*, *pronepos*, *profanus*, *profeſtus*.

Communem habent primam ſyllabam, *procuro, profundo, propello, propago.*

Di & *ſe* Præpoſitiones inſeparabiles, longæ ſunt.

Virg. 7. Æneid. *Diditur hic ſubito Trojana per agmina rumor*
Eſt in ſeceſſu longo locus inſula portum
Virg. 1. Æneid. *Efficit*——

EXCIPE.

Dirimo & diſertus, quæ primam corripiunt. Reliquæ præpoſitiones ferè corripiuntur.

Aperio ab *ad*, potiùs quam ab *à* compoſitum videri poteſt.

Refert autem pro *intereſt* non à præpoſitione re, ſed à nomine re, componi arbitror: quia priorem habet longam.

OCTAVA REGULA.

COmpoſita à verbis ſecundæ conjugationis, qualia ſunt *liquefactus*, *tepefactus*, ſecundam habent communem: Cætera quæ ex corruptis, aut ex corrupto & integro componuntur, ſi prior pars in *E* vel in *I* exeat, eam vocalem corripiunt: ut *terrifico*, *cauſidicus*, *nefas*, *nefaſtus*.

EX-

EXCIPE.

Nēquicquam, & *prīdie*, quæ primam, *venēficus* & *meridies*, quæ ſecundam producunt: *quotidie*, ſecundam habet communem: *tibicen*.

NONA REGULA.

MEdiæ verborum ſyllabæ, ex conjugationibus cognoſcuntur.

De ultimis ſyllabis.

Ultima cujuſque verſus eſt communis.

A in fine.

A in fine brevis eſt: ut

Arma virumque cano,

Excipe imperativos primæ conjugationis: ut *amā*. Ablativos primæ declinationis: ut *Ibam forte viâ ſacrâ*. *Horat. lib. 1. Satyr. 9.*

Item numeri nomina indeclinabilia: ut, *Trigintā Capitum fœtus enixa jacebat.* *Virg. 3. Æn.*

Manilius tamen hanc ſyllabam ſæpè facit brevem.

Item *ſupra*, *ultra*, *contra*, *citra*, *fruſtra*, *infra*, *intra*, *circa*, *prætereà*, *interea*, *antea*, *Poſteà*, quæ interdum corripiuntur.

Quos ultra citraque nequit conſiſtere rectum, *Hora. lib. 8. Satyr. 9.*

Poſtea mirabar cur non ſine litibus eſſet. *Ovid. 1. Faſt.*

Prima dies——

E in fine.

E in fine brevis eſt: ut

Sæpè pater dixit, ſtudium quid inutile tentas.

EXCIPE.

Ablativos quintæ declinationis: ut *fide*, *ſpe*, *re*, Item *Fame*, (nam *fames* antiquis fuit quin-

quintæ declinationis) & pluralia in *e*; ut *Cete*, *Tempe*.

Item imperativos ſecundæ conjugationis: ut *doce*, *mone*. Item adverbia ab adjectivis ſecundæ declinationis facta: ut *ſanctè*, *ſanctiſſimè*. *Benè* tamen & *malè* ultimas habent breves *fermè* & *ferè* longas.

Juven. ſat. 3.

Mobilis & varia eſt fermè natura malorum
Cum ſcelus admittunt.

Item monoſyllaba, *me*, *te*, *ſe*, *de*, *e*, & *ne*, prohibendi longa ſunt.

I in fine.

I in fine longum eſt: ut *domini*, *ſervi*, Communem habent ultimam: *mihi*, *tibi*, *ſibi*, *uti*, *ubi*, *ibi*, & ab eis compoſita.

Stat in Achil. Ovid. Epiſt.

Græcorum dativi & vocativi ſunt breves: ut,

Palladi littoreâ celebrabat Cyrus honorem,
Dux Pari Priamide damno formoſe tuorum.

Load. Catul.

Sed dativi interim latinis producuntur, ut

Qualis adeſt Thetidi, qualis concordia Peleo.

O

O in fine communis eſt: ut *amo*, *quomodo*: Item voces Gerundii in *do*, quanquam vim ablativi habeant.

Virg. Eclo. Tibul. lib. 3. Eleg. 6.

Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis
Aufer & ipſe meum pariter medicando dolorem.

Dativi & ablativi producunt *o*, item *adeō*, *ideō*, *falſō* & *iō* cum ſimilibus: *modo* & *imo* brevem ſemper habent ultimam.

Monoſyllaba omnia producuntur: ut *do*, *ſto*, *pro*.

V.

V.

V in fine ſemper longum eſt: ut *cornu, genu.*

B D T.

B D T corripiuntur: ut *ab, ad, at,*

C

In *C* finita, longa ſunt: ut *dic, duc.*

EXCIPE.

Fac, nec, & donec, brevia, *hic* pronomen anceps.

L

L breve eſt: ut *nihil,* Excipe *ſol, ſal,* & *nil,* quæ longa ſunt.

N

N breve eſt: ut *nomen, numen.*

EXCIPE.

Ren, ſplen, lien, quin, ſin, en, non, & Græca multa: ut *Titan, Pæan, Trœzen, Salamin, Delphin, Pandion, Actæon* & ſimilia.

Item accuſativos primæ declinationis à nominativis in *as* & *es*, ut *Achiſen, Æneam.*

R

R in fine brevis eſt, cum quavis vocali: ut *vir, uxor.*

EXCIPE.

Par, impar, compar, nar, lar, far, ver, cur, fur, & quædam Græca tertiæ declinationis: ut *Aër, æther.*

Celtiber: ultimam habet communem.

As

In *as* longa ſunt: ut *ætas*: Excipe accuſativos Græcos tertiæ declinationis Latinorum

rum: ut *Troadas*: & nominativos fœminini generis: ut, *Pallas*.

Es

In *Es* producunt ultimas: *paries*, *pes*, *aries*, *abies*, *locuples*, & *Ceres*.

EXCIPE.

Reliqua quibus genitivi creſcunt: ut *miles*, *hoſpes*, *eques*. Item Græca nominativi pluralis ut *Troades*: & neutra ſingularis numeri: ut *Cacoëthes*: & *es* verbum & *penes* præpoſitionem.

Is

In *is* brevem habent ultimam, ut *finis*, *funis*.

EXCIPE.

Pluralia in *is*, *dominis*, *bonis*, *quis*, *vobis*, *vis*, nomen & verbum cum compoſitis, ut *quid vis*. Item ſecundas perſonas verborum quartæ conjugationis, ut *ſcis*, *audis*, & ſecundas perſonas ſubjunctivorum, ut *poſſis*, *velis*, *nolis*, & quæ habent in genitivo *iris* vel *itis*, ut *glis*, *lis*, *Samnis*. Item in ſecundis perſonis ſingularibus futuri ſubjunctivi: ut *dixeris*, *miſcueris*, *is* eſt ambiguum.

Os

Os longum eſt, ut *dos*, *mos*,

Excipe *os oſſis*, *compos*, *impos*, & Græca quædam neutri generis, ut *Chaos*, etiam maſculini & fœminini, ut *Atticos*, *Delos*, *Ilios*, & genitivos Græcos, ut *Pallados*.

Us

Us breve eſt, ut *tempus*, *unus*.

EXCIPE.

Monoſyllaba, ut *pus*, *rus*, *mus*, & fœminina, quæ

quæ creſcunt in genitivis, ut *ſalus*, *tellus*, item genitivos ſingulares, nominativos, & accuſativos & vocativos plurales quartæ declinationis, ut *fructus*, *luſus*.

Y

Græca in *y*, brevia ſunt, ut *Capys*

Toni ſeu Accentus.

ACcidunt & ſyllabis toni tres, acutus qui eas attollit, ut *dóminus*, gravis qui deprimit, ut in ſyllabis *mì* & *nùs*, circumflexus, qui & tollit & deprimit, ut *môs*. Sed corruptus pronunciandi uſus ferè acutum cum circumflexo confundit.

Regula prima.

MOnoſyllaba omnia attolluntur, & quæ longa natura ſunt, circumflectuntur, ut *laûs*, *fraûs*.

EXCIPE.

Tres particulas, quæ vocantur *Enclitice*, quod accentum præcedentis dictionis ad ſe retrahant, ac ſic leguntur, tanquam pars ejus eſſent. Hæ enim, non ſecus atque in una dictione adjectione ſyllabæ, mutant accentum, ut *corpóra corporáque*, ſic *homines hominéſque*.

——*Tectúmque Amyclæumque canem Creſſamque pharetram*—— *Virg. 3. geor.*

Secunda Regula.

IN diſſyllabis, penultima habet accentum ut in *bónus*, *rârus*, *pânis*.

Regula Tertia.

IN polysyllabis, è tribus ultimis una semper attollitur, nec ultima unquam. Si in polysyllabis penultima longa sit, ea attollitur, ut *Románus, sentíeo.*

Si penultima brevis sit, quæ eam præcedit, attollitur, ut *dóminus, Virgílius, Virgílii, corpóribus, córpori.*

Hæc est vera accentuum ratio, cui, qui plura adjiciunt, mihi videntur tenuisse ne hæc pars absque magistri operâ comprehendi posset, ideoque rem per se facilem objectis tenebris obscurare voluisse. Eorum errorem vir doctissimus *Julius Scaliger* satis luculenter in libro de causis Grammaticæ redarguit.

DE

De GENERIBUS Carminum.

DE *Hexametro heroico* dictum est superius: ei solet plerumque adjungi *Pentameter Elegiacus.*



Quin tu animum obfirmas, atque isthinc te usque reducis: Catul.
Et Dis invitis desinis esse miser? Ovid.
Mittit & optat amans, quo mittitur ire, salutem, Epist. Laod.
Æmonis Æmonio Laodamea viro
Quam mallem in gelidis montibus esse lapis.
Naufraga quam vasti tenderet ira maris.
Quidam sic metiri volunt.



Sapi-

Sapphicus Hendecaſyllabus Pentameter.



Catul. Hor. lib. 2 Od. 16. *Otium Catulle tibi moleſtum eſt,*
Otium divos rogat in patenti.
Prenſus Ægeo

Phaleucius Hendecaſyllabus Pentameter.



Catullus. *Cui dono lepidum novum libellum,*
Arida modo pumice expolitum?
Corneli tibi. Namque tu ſolebas,
Meas eſſe aliquid putare nugas.

Glyconicus ſive Choriambicus dimeter.



Hora Od. 2. lib. 1. *Sic te Diva potens Cypri.*

Alii ſic metiuntur.



Cho-

Choriambicus trimeter.

1	2		3	4
--	-vv	-	-vv	-vv
				-v-

Aliter ſic.

1	2	3	4	
--	-vv-	-vv-	vv	
			v-	

Mæcenas atavis edite regibus.

Choriambicus tetrameter.

1	2	3	4	5
--	-vv-	-vv-	-vv-	vv
				v-

Nullam, vare, ſacra vite prius ſeveris arborem. *Horat. lib. 1. od. 18.*

Verſus Jambicus Acataleƈticus dimeter.

1	2	3	4
--		--	
v-	v-	v-	
vvv		vvv	
-vv	vvv	-vv	vv
vv-		vv-	

Sedulius.

Herodes hoſtis impie
Chriſtum venire quid times?
Non auferet mortalia,
Qui regna dat cœleſtia. *Horat. lib. 2. od. 18.*

Hor

Hoc genere carminis à Prudentio tota Romani vita descripta est.

Versus Iambicus Acatalecticus trimeter.

1	2	3	4	5	6
⏑ –		⏑ –		– –	⏑ –
⏑ –	⏑ –	⏑ –	⏑ –	⏑ –	
⏑ ⏑ ⏑	⏑ ⏑ ⏑	⏑ ⏑ ⏑		⏑ ⏑ ⏑	⏑ ⏑
– ⏑ ⏑		– ⏑ ⏑	⏑ ⏑ ⏑	– ⏑ ⏑	
⏑ ⏑ –		⏑ ⏑ –			

Laudes feracis prædicemus hortuli.

*NC5.P2878G.1660

THE HOUGHTON LIBRARY

14 July 1855

FINIS.



Part

many

Ruld

Luid non

Joa

angelite

1 4 b 4 b

3 b 3 b

many

1 b 1 b

2 b 2 b

many

many

Joa nig

many